



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Quo sensu diuina prouidentia necessario effectum obtineat?
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

4. Alterum obicit potest contra nostram, & communem conclusionem, quod pro sua quarta conclusione, numero illo nono attigit Ruiz: etenim (inquit) ea ratione Deus mundum creavit, ut homines aliquos prædestinare vellet, alios vero reprobare: & Sanctum Petrum, & Paulum creavit, ut eos prædestinaret: ergo creatio rerum ex providentia movetur, & procedit pro natura priori præcedente. Mala illatio: liquidem oppositum ex antecedenti inferitur: in quo, ut prædestinaret mundum creatum, ac similiter Petram ex fine prædestinationis asserit: finis autem, cuius intenti assensio & absoluta existentia decreto creativo mundi, vel Petri, est providentia prædestinativa, seu prædestinatio. Ergo huius absoluta existentia, nequit decretum creationis mundi, vel Petri quasi natura præcedere, ut ad ea moveatur. Patet: nam finis pro signo, & priori naturæ: quo desideratur, & intenditur absolute non est: quare nec movet, quia est; sed movet finaliter, ac intenditur, & desideratur, ut sit. Aduerte etiam quod intenditur pro exemplo primo nihil contra nostram conclusionem deinceps: in eo quippe exemplo (ut intentum ab hoc Doctore consequentia probaretur obtineret) solum probat productum, seu creativum decretum rei cuius possit esse providentiam respectu rei alterius, cui eo creativo decreto rei alterius provideatur, quodque sit subiectum cui providentia in eo decreto de absoluta creatione, & existentia rei illius includatur. Quod, nec nos, nec sanctus Theologus potest negare: nam decretum absolute electivum, & productivum mediis (quod res alia procul dubio est) a subiecto cui providentia, seu cui per ipsam provideatur ad huius providentiam spectare apertissimum est.

QVÆSTIO III.

An, quove pacto providentia semper
finem intentum assequatur?

In titulo ipso præfixo satis questionis, & difficultatis scopus proponitur: tamen sub illo speciales difficultates lateant scilicet, hac etiam questione, examinanda.

CERTAMEN I.

Quo sensu divina Providentia necessario effectum obtineat?

1. PRIMO ita aliqui non pauci effectus ac finis intenti consequentem divinam providentiam adnectunt ut id de ratione providentia Dei genericè sumptæ esse putent: quare, & cuius specialis, & individua providentia debet: ut homini, & bruto animali, Petrique & Paulo hominem esse: ita censent illi omnes, quos pro necessitate intentionis efficacia finis ad mediocrum electionem, & providentiam prærequirit recenset: mus: efficax quippe omnis Dei voluntas de se, & ab intrinseco infuitabilis est, atque adeo absoluta sui obiecti existentia, & effectui connexa: expressè in terminis, neque illatui solum, hanc providentia ipsius secundum se, nec solum ratione intentionis præsuppositæ, connexionem cum finis assentione docent: Caietan. prima parte, questione 22. articulo primo, questione 23. articulo sexto, vers. fin. Bañes, Ripa, Nazarius eadem questione 22. articulo 1. sed & ij voluntatem salvandi omnes homines præsertim Repro-

Christoph. de Orrega de Deo Pno, Tomus II.

hos, veram, seu beneplaciti esse negant; solumque signi esse admittunt: quatenus media ad eam consequendam hominibus vult, præparat, ac præstat, siue de his mediis provideat. Cum autem profusa mediocrum voluntas cum eis, ut effectibus suis connectatur, nihilque aliud, vel de se, vel ex intentione præsupposita salutis, ut finem, seu obiectum voluit, vel præintentionem respiciat, sit, ut semper, & necessario providentia effectum obtineat in horum sententia, nec possit eo frustrari. Maxime: quia, ut animaduvertebant, questione prima, certamine primo, numero secundo. Doctores isti, neque negabant, neque poterant negare media illa ad salutem hominum conducentia, etiam non determinantia, ex alio fine, quam salutis hominum à Deo verò intento eligi, & apponi: cum Deus rationale agens perfectissimum, nihil non ex fine aliquo possit operari, nec nisi ex finis intentione electione mediocrum veram ideò possit. Quod si intentionem salutis hominum veram ideò negant, quia in pluribus non obtinetur; finis alterius intentionem: ex qua media illa à Deo eliguntur, & providentur, & quamvis aliam, ex qua media à Deo eligantur, ac provideantur efficacem, ac de se connectam, cum finis assentione debere esse fateantur: ut constat ex dictis controu. 4. de voluntate d. de affectibus prosecutionis Dei erga extrinseca obiecta. Sententia huius fundamenta, a ratione debilissima sunt: ab auctoritate vero finitæ, & æquioræ testimoniorum aliquot intelligentia nituntur, ut ex dicendis constabit.

2. Dico primo cum Theologis reliquis. De ratione providentia, ut sic univocali & genericè sumptæ, non est connexio cum absoluta existentia finis, & effectus intentio, siue assensio ipsius. Probat: implicat aliquid esse de ratione aliqua genericæ, quod communitè, & univocaliter non sit in omnibus & singulis speciebus & individuis sub eo genere contentis, imò quod uni ex eis deficiat: atqui species uni providentia obiectiva libera, ac omnibus eius individuis deficit ratio connexionis intrinsecæ, vel de se se: vel ex præsupposita intentione & cum absoluta existentia, & assentione finis, & effectus intenti: ergo eiusmodi connexio, cum absoluta existentia, & assentione finis intenti non est de ratione providentia genericæ, & univocaliter sumptæ. Maior est per se, etiam puerilis logicis, nota. Consequentia legitima. Minor probatur: quia nulla providentia obiectiva libera connecti potest ratione intentionis efficacia, quam de se, & essentia sua prærequirit, & supponat cum finis absoluta existentia & assentione: tum quia ex efficacia intentionis finis, seu effectus liberi eius destrueretur libertas, nec providentia obiectiva libera absque contradictione esset: tum quia, etiam salva libertate obiecti intentio efficax finis, effectus liberi posset liberam obiectivè providentiam antecedere, non tamen eam necessario antecederet, sed eadem providentia ex inefficacia finis intentione haberi à Deo posset, ut questione prima ostendimus, ac proinde de se, & ab intrinseco providentia illa cum intentione efficaci finis liberi, tanquam præquisito essentiali connexa non est. De se autem, & intrinsicè providentia nec ratione mediocrum de se indifferendum, quæ præparat, nec scientia media quam includit nec ratione coniuncti ex utraque connexa est cum absoluta existentia, & assentione finis, seu effectus intenti ut videbimus d. 2. questione secunda, certamine quinto, nec si connecteretur effectui seu fini, ad quem de mediis provideatur servaretur libertas, ut eadem questione ponemus sape: Ergo de se, & ab intrinseco sui providentia obiectiva libera non connectitur cum existentia absoluta, & assentione finis, & effectus liberi intenti: unde in omni providentia obiectiva libera eam connexio cum absoluta existentia, & assentione finis & effectus liberi de se, & secundum intrinsecam providentiam illius deficit, ut minore syllogismi nostri assumebamus.

4. Dixi autem de se, & ab intrinseco sui nullam providentiam obiectivè liberam posse habere connexionem cum absoluta existentia, & assentione finis

Na 2

& effectus liberi intenti: quia tamen altera prouidentia obiectiua liberae species, quae est de mediis efficacibus ad finem obtinendum, siue, & effectus intentio carere non possit, proinde, neque eius assequutione frustrari, id tamen de se, atque intrinseca sibi cum fine, & effectus intentio physica connexionem non habet, sed extrinsecus solum, & à connexionem logicam, quam futurum conditionate contingens purificata conditione cum absoluta sua existentia, & futuritione habet, ut dicebamus d. 2. questione secunda, certamine quinto, ubi multa ad concordiam certitudinis & infirmitatis praedestinationis cum praedestinati, atque operationum eius libertate à nostro Molina felicissimè ex Patribus, & Priscis Theologis eruta atque illustrata posuimus, & Recentiorum & nodis expedita, & tenebris liberata, pristinoque suo splendori restituta: verum, etsi haec in specie prouidentiae obiectiuae liberae de mediis efficacibus non ita essent: in altera tamen specie prouidentiae obiectiuae liberae, quae de mediis solum sufficientibus ad finem prouidetur (ut Reprobis ad salutem quam ea prouidentia non assequitur) eorundem minor illa probaretur, & discursus ille teneret, siquidem, quod in specie hac prouidentiae omnibusque eius indiuiduis (necdum uni, quod satis erat) deficiat, de ratione generis sui non est, ut per se patet.

4. Dico secundo. De ratione totius prouidentiae siue coniuncti omnium simul sumptarum specierum prouidentiae qua Deus habet de rebus est finis & effectus intenti assequutio, est omnium etiam Theologorum conclusio. Ratio est, quia nihil, quod sit, vel omittitur absque voluntate Dei vel factiua, vel permissiua ob finem aliquem esse potest: ergo nihil in rebus sit, vel omittitur, quod non sit à voluntate Dei factiua, vel permissiua illius ob aliquem finem: Ergo nihil in rebus sit, vel omittitur, quod ex aliqua Dei prouidentia non fiat, vel omittatur. Probatur consequentia haec: siquidem prouidentia Dei nihil aliud praeter scientiam directiuam voluntatis diuinae de medio ad finem apponendo, siue de faciendi actiue, vel permissiue aliquo ad finis alicuius consequentiam includit praeter hanc ipsam de aliquo agendo ad finem aliquem voluntatem: ut constat ex dictis disputatione secunda: iam verò si nihil extra, & absque aliqua Dei prouidentia poni in rebus potest, vel omitti: ergo, neque extra totum coniunctum prouidentiae diuinae ex omnibus specialibus Dei prouidentis, quasi constatur. Unde rursus: ergo tota prouidentia Dei, ita ex omnibus specialibus Dei prouidentis constata ratione alicuius partis, seu specialis prouidentiae, qua constat, & constatur assequutionem semper, nec poterit non assequi finem, seu effectum intentum, ut conclusionem hac nostra, & communem asseritur.

5. Conclusionem, & rationem etiam, nobis dederunt Patres, & ex ipsis Sanctus Thomas, Aug. de Spiritu, & lit. cap. 33. vers. med. *Infideles contra voluntatem Dei faciunt, cum eius Evangelio non credunt: nec ideo tamen eam vincunt; verum seipsos fraudant magno, & summo bono, malisque penalis implicent: experturi in supplicii potestatem eius, cuius in donis misericordiam contempserunt. Ita voluntas Dei semper inuicta est: vinceretur autem, si non inueniret, quod de contemptoribus faceret, aut ullo modo possent euadere, quod de talibus ipse constituit. Qui enim dicunt, verbi gratia, volo, ut hi omnes serui mei operentur in vinea, & post laborem requiescentes epulentur: ita, ut quisquis eorum hos noluerit, in pristino semper molat: videtur quidem, quicunque contempserit contra voluntatem Domini sui facere: sed tunc eam vincet, si & pristinum contemneris effugerit: quod nullo modo fieri potest: ac rursus, ideo eius voluntas inuicta est: quia Deus, ita vult, ut omnes salui fiant, ut etiam vult eos punire, si ipsi repugnent, & capite 32. sic conciliauerat negationem resistentiae à voluntate creata diuinae cum resistentia impiorum. Psalmo 26. & Actor. 7. ita enim facit contra voluntatem Dei iubentis, ut non euadat voluntatem eiusdem punientis:*

eiusdem sententia vulgarissima est, de facinorosis, quod non vult Deus, facit ipse quod vult: Eodem modo rem explicat Anselmus 1. Cur Deus homo: capite 15. med. Gregorius Magnus 33. Moral. capite decimo alias 13. Inforti 1. sentent. capite secundo, alique Patres edocti à Boëtio quarto de consolatione pro quarta.

6. Id ipsum docet, vbiuis hac de re agit Sanctus Thomas, illis etiam locis, quibus prima conclusio nostra aduersantes ipsum producit, ut prima parte, questione 22. articulo secundo, ad 1. ubi ait. *Cum omnes causa particulares continentur sub vniuersali causa, impossibile est aliquem effectum ordinem causa vniuersali effugere: omnem scilicet: quia alias causa vniuersalis Dei (qui non, nisi ex ordine ad finem aliquem operari aliquid potest) effectus non esset, nisi ex ordine, & prouidentia eius ad finem aliquem ordinandum proveniret: quare nec Deus causa vniuersalis omnia foret, & questione sexta de veritate, articulo primo corp. & articulo tertio corp. sub init. item docet, & explicat exemplo naturalis virtutis generatuae, quae quandoque à fetu perfecto, in quem natura sua ordinatus à Deo est, deficit, mortuum, & foetum defectuosum producit. Sed tamen ipsi defectus diuinitus ordinatur ad aliquem finem: & scilicet potest deficere à generali fine prouidentiae, quandoque deficit ab aliquo particulari fine: & prima parte, questione 19. articulo sexto dicit. *Conuenitur voluntas Dei sit vniuersalis causa omnium rerum, impossibile est quod diuina voluntas suum effectum non consequatur. Unde, quod recedere videtur à diuina voluntate secundum ordinem specialis prouidentiae, relabatur in ipsam secundum alium, prouidentiae specialis alterius. Sicut peccator, qui, quantum est in se recedit à diuina voluntate peccando, incidit in ordinem diuinae voluntatis, dum per eum infirmus tenetur. Quam eandem recedentiam in alterius prouidentiae ordinem eius, qui ab ordine vniuersalis producit: recedit etiam questione 103. articulo sexto corp. & consonat his in 1. d. 40. questione prima, articulo secundo ut constat, quia veritate, & Angelici Doctoris laude citati Dominici Thomae numero primo, ob testimonium praecipue recitatum ex questione 11. articulo secundo ad 1. quod pro fecit hac coactione est, sententiam retractasse dicant, quam non conclusionem prima cum communi Theologorum malis dimis.**

7. Dico tertio: De ratione prouidentiae non esse assequutionem finis vniuersalis glorie suae ostendenda, & manifestanda, qui omni Dei prouidentiae specialis communis & praesentis simul cum particulari causaeque specialis prouidentiae à plerisque ex nostris Recentioribus putatur: ac fultus quam à reliquis à nostro Ruiz citata d. 4. de prouidentia sectione tertia, numero quinto traditur & explicatur: ut, scilicet, finis illius vniuersalis intentio simul cum particulari prouidentiae cuiusque, quamque ex particularibus prouidentis antecedit, & qui respectu finis illius vniuersalis particularis prouidentiam finem reuocant: media aequae conducentia ad illum vniuersalem obiectum sub disunctione à Deo amenerit ac prouidentiam. Hanc verò sententiam suam expressam Sancti Thomae arbitrantur praefati Recentiores verbis recentis numero sexto ex questione sexta de veritate articulo primo corp. & articulo 3. corp. sub init. quibus consonat 3. cont. gent. cap. 94. his verbis. *Aliquis deus est praeter intentionem particularis agentis, qui est secundum intentionem agentis vniuersalis. Sed oportet testimonium amplius euincit, quam nihil deficiat à generali fine vniuersalis agentis Prouisoris rerum: id est à toto fine suae omni fine, quem in omnibus & singulis prouidentis, quas omnium vniuersalis prouisor habere de rebus omnibus debet: tamen à speciali fine agentis particularis deficiat: quia non habet solum finem particularem agentis vniuersalis, & omnium Prouisor Deus habere potest, & debet. Nec, quae ex prima parte, questione 21. articulo 2. ad 2. asserit ab his Recentioribus solent, intentum eorum probant: sed*

sed solam specialem finem agentis, & prouisoris vniuersi esse maius bonum vniuersi, quod quandoque ex malorum, & naturalium, & moralium permissione, ac non impeditione resultat.

8. His nostris Recentioribus aduersantur, & tertie huius nostræ conclusioni fauent, Herize tractatu tertio citato d. 2. r. capite vltimo, numero 24. Magnificus Magister meus Didacus Daza manuscripto de prouidentia d. r. §. quarto, quamvis prouidentia quavis æquiualeat saltem ostensionem potentie bonitatis, & misericordie suæ, ac subinde, & gloriam suam Deum assequi fateantur prouidentia illa, in quam recidit, qui ab illa recedit. Hanc vero gloriam, etiam æquiualem à Deo in ea prouidentia obtentam, intentam à Deo ante recedentem subiecti absolutam ab alia prouidentia negant, & bene; quamvis fundamētis, quæ nobis non satis probentur, vt certamine secundo videbimus: vbi de necessitate antecedentis finis particularis per eam prouidentiam, in quam recidit agitur, ac reliqua ad recedentiam huius exactam intelligentiam traduntur. Nunc autem à capite vt aiunt tertiam nostram conclusionem probò & aduersam nostrorum Recentiorum impugno: quia communis, & vniuersaliter omnem Dei prouidentiam specialem transcendens finis gloria sua, vt sua, esse non potest: nec ad aliam consequendam, vt finem particularem fines specialium omnium prouidentiarum Dei ordinari: tamen ea prouidentiam omnem specialem Dei in hoc vniuerso sequatur: Ergo, etsi hanc Deas in quavis sua de creatis prouidentia assequatur: non assequetur finem vniuersalem, & omni prouidentia sua intentum: Consequentia est legitima, & euidentis.

9. Antecedens probò, & primam eius partem primo: quia, & gloriam suam, qua suam Deum intendat, ac velit eam ex sui complacentia atque vt sibi commodam, & proficuum debet velle: quod implicat. Tum: quia non nobis, & nostri gratia, sed sui, eam velle, vnde omnis eius in nos gratia, & misericordia à scriptura toties commendata abolēbitur. Tum, quia omnis nostra laus, ac Dei ascriptio, gloria, & plausus creaturarum, ipsi quidem bona, & honestissima, Dei cuiusque boni, & commodi refert nihil vt controuersia quarta de voluntate ostendebam. Secundam vero partem antecedentis probò, ac simul primam confirmo. Etenim, si finem hunc generalem glorie suæ Deus in omni sua prouidentia intendit per iustitiam in punitore peccatoris, vel misericordiam in iusti salute, ostensionem disunctam consequendum, vel per quemvis alium finem particularem prouidentie specialis cuiusvis, iam fines particulares quos simul cum generali illo glorie suæ in omni prouidentia speciali Dei admutabas, repellis. Si quidem particulares illi fines, quos appellas, non quidem fines, sed media ad vniuersalem illum gloriam consequendum sunt: cum ipsi, sicut reliqua in ordine quouis prouidentie cuiusvis generalis illius glorie Dei gratia, amentur, ac fiant. Nec satis est, eos fines inter medios vocare: inter medijs enim ad ditameptum finis essentia, & significato contradicunt: cum finis essentia sua sit. Cuius gratia capere facit: vt fuitis cum nostro Valquez ostendebam in phisicis controuersis de causa sui. Secundo: claret inde, non nostri gratia, & complacentia nobis omnibus prouidentiam, si ita nobis prouideret: impugnationes alias huius doctrinæ, & tertie nostræ conclusionis confirmationes iam subdo in explicatione recedentis creatura decidentis ab ordine prouidentie vnius in ordinem prouidentie vteriore, & exactiore, præstanda certamine sequenti.

CERTAMEN II.

*Recedentia decidentis ab ordine vnius
in ordinem prouidentie alterius
vterior explicatio.*

1. Decidentis ab ordine prouidentie vnius obiectiue libere in ordinem alterius recedentia dogma Theologicum est, satis ac sæpe ab Augustino & Sancto Thoma expressum recitatis locis certamine primo, numero quinto, & sexto, satisque etiam, ac sæpius, aliis licet vocibus, à scriptura traditum: & certe, si, tam scripturæ, quam Augustini, & reliquorum Patrum, & Sancti Thomæ verba debita attentione legerentur, nihil de hac recedentia vterius disputari oporteret: sed tamen, cum memoratis nostris Recentioribus duo adhuc ad exactam & plenam recedentia huius intelligentiam resstant disputanda. Primam: An prouidentia, cuiusque ordo, in quem recidit decidentis ab ordine alterius absolute, eius ab ordine illius prouidentie casum prioritate nature antecedat, ita vt electio auxilij sufficientis pro male vsuro Reprobis ex intentione alicuius finis præinstiti absolute ante malum vsus Repti, lapsusque eius ab ordine misericordie prouidentie de ipsius, & ob ipsius salutem continuato ordine, & filo vsque ad eius punitorem proueniat, & perueniat? non secus, ac si bono auxilij collati vsu ex intentione absoluta salutis eiusmodi vsu antecedente, & auxilij electio, & reliqua intermedia continuato prouidentie eiusdem ab intentione ad obtentionem & executionem finis ordine procederent. Secundum: An intentio illa absolute antecedens prouidentiam, cuiusque ordinem, in quem recidit ab alia, cuiusque ordine decidentis non absoluta solum, sed efficax esse debeat?

2. His super memorati nostri Recentiores affirmatiue vtrique difficultati respondent; vt videre in ipsis est, & præsertim in Didaco Ruiz citata disputatione quarta, sectione tertia, numero quinto in eorum manuscriptis etiam veritatissimo, & ipsorum hac in re sequaci. Aiunt enim finem illum glorie Dei omnibus, & singulis specialibus Dei prouidentis communem, & vniuersalissimum, atque necessarium per varios particulares fines disunctum, & vagè (per hunc, scilicet, vel illum) obtinendum absolute, & efficaciter intentum ante lapsus peccatoris ab ordine prouidentie misericordie esse; si cuti, & ante bonum collati auxilij vsu absolutum iusti qui ab ordine misericordie prouidentie non decidunt. Quo fit, vt alteruter iuxta continuatum ordinem, & prouidentiam disunctam ante, & independentem à lapsu, vel adhesionem absolute alteri parti ordinis, & prouidentie illius disunctam habet, atque præordinata pergat, ac Deus præcipuum, & vniuersalissimum glorie suæ finem obtineat. Contra vero Herize & Daza nostri locis proxime citatis, nec intentionem illam, nec prouidentiam cuiusque ordinem ad finem glorie Dei per iustitiam punitiuam decidentis culpa sua ab ordine prouidentie misericordie efficacem, & absolutam ante lapsus absolutum eius antecedenter præcedere merito contendunt.

3. Sit ergo cum illidem prima conclusio. Absolute efficax intentio prouidentie, cuiusque ordo prouidentium mediorum ad absolutam consequentem glorie suæ per ostensionem iustitiae punitiuæ non est in Deo antecedens absolutum lapsus peccatoris culpa sua decidentis ab ordine misericordie prouidentie diuine erga ipsum, cuiusque salutem. Probari ex dictis controuersia 4. de volunt. d. 4. memoratis hic quæst. r. facile videtur: quia efficacia antecedens pugnat cum lapsu peccatoris, per culpam suam, ac subinde cum iustitia punitiuâ Dei, & absoluta eius ostensione, & gloria Dei inde captanda: ergo & cum assecutione eius vniuersalissimi finis glorie Dei, quæ ex efficacia antecedenti intentionis